

ПРОГЕМПТИКА

ORNATISSIMO
AEQVE AC DOCTISSI-

MO VIRO, SANCTÆ QVE
Pietatis, vitæ item inculpatæ Candidato,
Dn. IOANNI GARAI Thölnensi, post
fœcundissimam studiorum humaniorum
messem duos annos summa cum plerorūq;
laude VVitebergæ finitam; in Patriam Vn-
gariam dextris avibus profecturo: *Thes.*

ΔΛΗΘΩΣ ΦΙΛΙΑΣ ΣΝΕΚΑ, COM-
posita

A B

Amicis & Popularibus.



VVITEBERGAE
Typis Simonis Gronenbergi.

M. D. LXXXIX.

Ioanni Garaio, Vngaro, ami-
co optimo,

MATTHAEVS DRESSERVVS
S. D. P.

RE V I V S est curriculum studiorum & industria tua apud nos, Ioannes suavis-
sime, quam expedit animus meus. At
quia consecutum est bene, sat longum vi-
deri debet. Commigrasti in Academiam
Vuitebergensem, ut pectus divinarum et humanarum
literarum scientia compleres. Quod ut assequerere,
exercitationem usumq; audiendi, legendi, dicendi,
disputandi quotidiè adhibuisti. Idq; in Collegio illo,
quod privatum sibi gens tua tot annos constituit: ut ad
omne genus doctrinae liberalis percipiendum sepe pre-
paret. In quod cooptatum etiam esse à vobis audio ge-
nero sum dominum Michaelem ForgaZium, liberum
baronem à Gimes: qui, quo est generis & familia
splendore magis conspicuus, eo maiore animi impetu
in eas literas incubit, que etiam summo loco natis
ornamento & adjumento magno esse possunt. Quod i-

A 2

gitur

gitur leges vestrae exigunt, id alacritate animi & industria admirabili exequitur, disputat, declamitat, nec quicquam pretermitit, quod ad parandam, augendamq; eruditionem ac sapientiam pertinet. In tali ergo cœtu eruditus & tu parem cum popularibus tuis laudem pietatis, curæ, attentionis, laboris, vigilante, reportas. Scilicet exuscitavit te ad studium tantæ laudis ardor quidam gentis, inflammavit amor erga ecclesiā patriam, nec parum movit Academia ipsius, in quam venisti, autoritas. Ardet enim Pannoniae populus studio religionis ejus, qua admirando Dei beneficio in hac ultima senecta mundi è tenebris pontificis in lucem Apostolicam evocata est. Cujus quidem studij sui documenta egregia hactenus dedit, nec dare desistit, dum serie continua alumnos in Vitebergensem Academiam emittit, qui doctrinam literarum & religionis rectè cognoscant, cognitamq; deinde in patriæ scholaribus atq; ecclesia propagent. Quorum in numero tu quoque haberis, sumtibus Magnifici bellicosiq; Viri, Sigismundi Racotij, Agriensis Praefecti, sustentatus. Is enim ut in locum Casparis Magochij successit, virtutemq; ejus & autoritatem omnem consequitur: ita imitatur etiam liberalitatem, ut in ecclesiæ scholarumq; ministros pecunias eroget: ne semen sanctum doctrina

ne literarum & verbi cœlestis unquam in patria deficiat. Tu vero quo animo amoreve sis in patriæ ecclesiam, complura sunt, quæ nobis demonstrarunt: profectio in locū tam longinquum, doctrina studium eximum, pietatis cultus singularis, reverentia adversus reformatæ ecclesiæ lumina, Lutherum & Melanchthonem. Hic enim nisi te & populares tuos incensos teneret, haud sanè Academiam eam potissimum deligeretis, in qua vox utriusq; præceptoris longo tempore sonuit. Credo, ut sit, locum ipsum, cui vestigia sancta Lutheri & Melanchthonis impressa sunt, vos ad diligendum alicere, magis tamen doctrinam ipsam, cuius vocibus pulpita et subsellia cuncta adhuc personare videntur. Ea enim est fortuna istius Academiae, ut nec dignitatem amittat, nec studia doctrina mutet, nec cœtum studiosorum minuat, sed accepta à præceptoribus sanctis munera sanctè custodiat, optimaque fide ac fama tuncatur. Memini Magnif: Dn. Andream Magochium, insignem ecclesiæ patronum penè alia re nulla tam latari & gloriari, quam quòdejus Academia civis fuisset, in qua LUTHERVS & MELANCHTHON docuerunt. Quocirca nec tibi IOANNES GARAI, tam potest esse quicquā honori et utilitati, quam hac ipsa in Vitebergensi Academia consuetudo, congressus & do-

ctrina optima saluberrimaq; cognitio, atq; cum aliis
communicatio. Hoc decus, hoc presidium tecum in
patriam asporta, & qua in ecclesia & Schola Lutheri
et Melanchthonis audisti ac didicisti, et liberaliter ad
communes patriae usus converte. Ita fructum capi-
ent ex tuo reditu communia studia solatium sentiet ec-
clesia, gaudio perfundetur Patronus, letabuntur ami-
ci, propinquique: qui in tua eruditione & industria mul-
tum opis presidiq; sibi paratum atq; positum esse pu-
tarunt. I ergo, siquidem cum commodo patria tan-
to id facere potes, feliciter: ducente eo, qui vita nostra
salutisq; omnis dux & autor est: comitante vero &
periculum incommodumq; omne propulsante angelo-
rum cætu, qui in via ordinata incidentes custodire,
tueriq; solent. Veni ad tuum magnum illum Racozi-
um, cui salutem meis verbis plurimam nunciabis.
Cujus victoriæ meliam, vel certè virtutem & felici-
tatem commemorabilem in repellendo Turcorum la-
trocinio, in procœnicio millenarij sexti Isagoges histori-
ca celebraturus sum: si de ea re narrationem certam,
quam spero ab ipso Racozi, consecutus fuero. Salu-
tem dices eadem opera Secretario ejus, Joanni Tiffano,
Cui quoq; de mea benevolentia et studio prolixè police-
beris. Quid dicam de Thoma Zegedino, Bartholomæo

Nagi-

Nagithallini, Mattheo Thurio, Georgio Geoncio,
Michæle Debrecino, Andrea Carolino, Ioanne Lilio?
quibus omnib; ut jucundus est futurus conspectus tuus:
ita ut amoris in eos mei, benevolenia, studii, & officii
nuncius et testis sis conspicuus & fidus à te peto. Quàm
vellem etiam nobilissimis & integerrimis viris Valen-
tino & Ioanni Lökös, Literatis in oppido Bathor, de
meo in ipsos animo & studio eximio & singulari satis
constaret. Quod tamen te sermonis tui suavitate effe-
cturum esse confido. Quamobrem tua cura fidei q; rem
omnem committo, & ut mente mecum sis omni tem-
pore atatis tuae oro. Egocertè ex animo meo nunquam
te patiar effluere. Vale Lips.

Aliud



Felices anima, quarum, hac sententia, mentem
 Iudiciorum mundi nil remorante, tenet:
 Nosse DEVM, Natumq; DEI, sapientia summa est,
 Inq; suo Nato, propitium esse Patrem.
 Vatum hac hauritur libris, ceu fonte perenni,
 Et quæ bisensi scripta dedere, duces.
 Illa animo volvit quicunq; suo, atq; revolvit,
 Divitias amplas quis recreetur, habet.
 CHRISTVS enim perfecta sui qui patris imago est,
 Vi presente sui numinis intus agit.
 Lucemq; accedit majorem, & corda refingit,
 Authoremut referant moribus illa suum.
 I nunc ergo, tuos jacta, plebs improba, raptus,
 Te sine voce DEI, noscere posse DEVM.
 Quos olim sensit, quando tumefacta Sibylla
 Fatidico, cecinit multa futura, Deo.
 Ut verò possis sacri mysteria verbi
 Discere, & integra cognitione frui:
 Non spernenda artes Sophiæ, linguaq; diserta,
 His quasi fasciolis dogmata sacra latent.
 Quas quia curatibi fuit unica nosse, IOHANNES,
 Præmia, quæ referas, plurima semper habes.

Vade

Vade ergo, & multa nunc dives ab arte, revise
 Quos tibi Patronos Pannoris ora dedit.
 In te quos hilari fecerunt pectore sumptus,
 Cœnatus, multo fœnore reddis, ager.
 Te patria reducem faciat DEVS, atq; gubernet,
 Vi quo cœpisti, sic pede, semper eas.
 Sic petitur cœlum: sic gloria vivit in annos,
 Quam Pietas Musis concomitata parit.

Henricus Maius, Doctor, & Professor
 in Academia VVitebergensi.

ELEGIA

DE MESSE QVA ANNO

1589. MENSE AVGVSTO, VIR DIGNIS-
 simus, pietate & doctrina præstans Dn. IOHANNES GA-
 RAIVS Tholnensis Vngarus, ex Acad. VVitebergensi
 ad messem sacram vocatus in patriam iter sus-
 cipere voluit,

Scripta 2

M. MEL. GERLACHIO Soravienſi, Sileſio.

Grande rudimentum præsentis tempora messis
 Et res arcanas per bona signa notant.
 Nam quod ager granum suscepit tempore verno
 Hoc virtute sua vivificante refert,

B

At nec idem; sed plurare refert educta in aristis:
Quamodo procurva falce resecta cadunt.
Frugiferas in agris astas dat torrida messes:
Quas dat Ego hoc anno dextra benigna DEI.
Inde famem pecudes succiso germine pellunt:
Redditur humanis usibus apta Ceres.
Quae vires hominum servat: licet illa labore
Difficili veniat: nemo carebit ea.
Scilicet ingenio quoque sunt suapabula: primo
Nam vere atatis proditur illud idem.
Pectus agrum referat: cui si bona semina mandes
Doctrina: hoc tibi idem post meliora feret.
Atque in eo maturescunt etate virili,
Quae mors in senio falce resecta rapit.
Quo matura magis: nostris hac usibus illa
Commodiora vigent, pluraque commoda habent.
Pectoris inque agro fœcundam torrida messem
Fert astas; fruges, Sole ciente, ciet.
Hic quis sit dubitas? Est nostra Iusticia Sol
Illustrans radiis pectora sancta suis,
Et retenuens astum divini Flaminis aura:
Ut maneat verbi semina pura sacri.
Vnde famem pellunt animæ: Quia dogmate sacro
Redditur humanis mentibus apta quies.

Verum

Verum animis opus est attentis, atque labore;
Quæ dedit ut reddas semina sancta Deo.
Et redduntur ei; si tempora scholaque colantur:
Ex quibus exurgunt germina grata DEO.
Illa labore gravi veniant licet: haud tamen istis
Publica Res florens ulla carere potest.
Hac eadem meditanda tibi sunt docte JOHANNES:
Anni atque atatis congruum id omenerit.
Messel utriusque vides: etas tibi nempe virilis,
Atque astas messem, pulcra theatra, refert.
Magnum iter in patrias dum jam profici sceris oras:
Hac tibi felicis sint monumenta via.
Qui vitam dedit, ille viam regat: utraq[ue] ut ipsi
Grata sit, Ego multis utilis: ergo vale.
Ergo vale: ut valeant per te quam plurima CHRISTI
Membra: ipsi vivas, hunc teneasque: vale.

VVitebergæ. f. M. M. G. S. S.
IV. Vllis.

Mortis Memor Gaudet Sibi
Svaviter.

Epigram-

EPICR̄AMMA AD EVNDEM.

ΩΣΕ ΜΕΛΙΑΣΑΝΩΝ ΣΩΣΔΔΑΙΩΝ ΕΣΤΙΔΕΣ ΕΧΕΦΡΩΜ
ΚΑΤΓΛΗΔΩΡ ΔΟΘΕΩΡ ΤΟΝ ΧΑΡΙΕΝΤΑ ΔΟΜΟΥ;
ΕΡΧΕΤΑΙ ΑΓΡΟΜΕΝΩ, ΡΑ ΕΩΣ ΑΝΘΕΣΙΡ ΕΙΑΡΙΝΔΙΣΙ,
ΠΟΡΦΥΡΕΟΝ ΤΑΞΙΔΕΤΑΙ ΑΝΘΩ ΑΓΑΔΔΙΑΩΝ:
ΩΣΕ ΗΩΣ ΒΩΛΟΤΟΜΩ ΜΥΡΜΗΣ ΜΟΥΣΟΥΣΑ ΘΕΡΕΙΑ
ΛΕΥΚΟΤΕΡΗ; ΙΔΙΝΗ ΕΜΑΣΛΕΩΣΙΣ ΣΕΥΓΑΡ.
ΔΩΣΔΩΣ ΛΙΜΩΡΑΝΗΣ ΟΤΕ ΕΩΣ ΗΛΙΟΘΕ ΧΗΜΑΤΩ ΩΡΗ
ΗΔΕ ΧΙΩΡΑ ΦΡΙΤΗ, ΗΩΣ ΤΥΧΩ ΑΡΓΑΛΕΟΥ.
ΔΗΤΩΣ ΑΝΔΡΑ ΙΕΩΡ ΤΕ ΕΩΣ ΕΙΑΡΙΝΟΙΟ ΧΡΟΝΟΙΟ.
ΔΕΙ ΜΟΧΘΕΙ, ΧΑΛΕΩΣΩ ΖΑΝΤΑ ΖΑΝΟΝ ΤΕ ΦΕΡΕΙΝ.
ΗΛΙΘΕ ΤΑΧΥΣ ΓΗΡΑΣ ΓΟΥΡ, ΕΩΣ ΗΛΙΟΘΕ ΚΑΙΡΟΣ ΑΤΕΡΑΗΣ.
ΑΒΛΗ ΧΡΟΣ ΓΙΝΕΤΑΙ ΗΔΕ ΑΝΙΚΗΣ ΑΝΗΣ.
ΠΑΝΤΑ ΘΕΟΙ ΑΓΑθΑ ΘΥΝΤΟΙΣ ΖΑΛΙΣΤΟΙ ΜΟΥΓΟΙΣΙ
ΗΩΣ ΙΔΡΩΤ ΕΘΕΣΑΝ ΤΗΣ ΖΡΟΖΑΡΙΟΙ ΑΡΕΤΗΣ.
ΡΑΔΙΑ ΖΑΝΤΑ ΘΕΩΣ ΔΟΝΤΩ, ΚΑΙ ΑΝΗΝΤΟΡ ΟΥΔΕΡΗ
ΕΥΧΕΙΟ ΗΔΕ ΖΑΙΩΣ, ΜΗΔΕΙ ΕΧΕΙΣ ΤΑΞΕΔΟΥ.
ΚΑΙ ΣΥ ΙΩΑΝΝΗΣ ΤΑῦΤ ΕΝ ΦΡΕΣΙ ΖΙΕΝ ΕΘΗΚΕΣ.
ΩΣ ΦΙΛΕ, ΗΩΣ ΚΙΑΔΗΣ ΩΣ ΑΓΑΘΗΤΕ ΕΜΗΣ;
ΟΝΚ ΆΛΙΟΡ ΤΕΛΙΔΕΣ ΓΛΥΚΕΡΑΜ ΣΗΣ ΖΑΤΡΙΔΩ ΑΙΑΡ.
ΧΡΗΣΙΜΑ ΖΑΛΛΑ ΜΑΘΕΙΣ, ΗΩΣ ΧΑΡΙΕΝΤΑ ΘΕΨ.
ΝΗΝ ΔΕ ΝΟΟΝ ΣΕΝ ΉΝ ΖΑΛΙΗΓΡΕΤΟΝ ΕΩΧΑΝ ΕΕΛΔΩΡ
ΒΩΛΑΚΑ ΖΑΝΝΟΝΗΣ ΤΗΛΟΘΕΝ ΉΝΤΑ ΙΔΕΙΝ.
ΣΩΘ ΕΩΡ ΕΡΧΑΣ ΕΣ ΖΑΤΡΙΔΩ ΑΙΑΝ ΑΓΑΝΗΡ,
ΠΟΛΛΑ ΔΙΜΑΣΚΕ ΝΕΔΣ, ΗΕ ΓΕΡΟΥΤΑΣ ΔΟΜΟΣ.
ΤΑΣ ΤΕΧΝΑΣ, ΙΕΡΟΝ ΚΑΙ ΔΟΥΓΜ ΖΑΟΝ ΤΟΙ ΕΥΓΡΑΤΑΡ
ΜΑΡΤΥΡΕΣ ΕΥΣΕΒΕΙΕΣ, ΧΡΙΣΟΦΙΛΟΙ ΤΕ ΒΡΟΤΟΙ.
ΒΑΣΙΚΕ ΣΑΩ ΗΩΣ ΖΑΣΙΝ ΕΜΟΙΣ ΓΝΩΣΟΙΣ ΦΙΛΟΙΣ
ΦΕΩΣΕ ΣΑΣ ΤΕ ΖΗΗΡ, ΚΑΙ ΦΙΛΕΟΝΤΑ ΦΙΛΕΡ.
ΒΑΣΚ ΙΔΕ ΖΑΝΝΟΝΗΡ ΚΑΛΗΡ, ΜΕΜΗΝΟ Δ ΕΜΕΙΟ
ΖΑΝΤΟΘΙ, ΗΩΣ ΖΑΣΤΗ, ΧΡΗΣΙΜΩ ΙΩΔΕ ΦΙΛΕ.

Martinus Thurius τῆς φιλότητῶν οὐεκτοίσιν αντοχεδίων.

Aliud.

ALIVD.

A spicis humana quām sit brevis orbita vita,
Solis & à radiis seu rudiis umbra fugit.
Omnia prætereunt, nec habent post funera laudem:
Fama sed immenso parta labore viget.

Virtutes igitur per quas sapientia crescit,
Mortales miseris excoluisse decet.

Tu quoq; Ioannes vestigia summa secutus
Virtutum, nuper docta theatra pelis,

Signaq; Manalias non aspernanda per oras
Et studii & vita, linquis ab arte pie.

Sed quianos plures divina Modestia dotes,
Enumerare vetat, pluraq; verba loqui:

Dum canis Erigones Astræ & Virginis astrum,
Fulvi præteriens terga Leonis, adit:

Nos dare vota Deo proteq; tuisq; decebit,
Temperet ut virus, quod modò tempus habet.

Et patriæ salvos reddat studiisq; Patronis,
Possitis memores officii ut esse pii.

Vos igitur juvenes queiscunq; usura Magistri
Ioannis dabitur, colloquioq; frui:

Ferte bonam frugem, colite artem, incumbite libris:
Non erit hic vester nam sine fruge labor.

Demetrius Liscensis.

Aliud

A L I V D.

ANte alios dulci quæ te mibi junxit amore
Candida sincera Religio fidei,
Postulat, ut patrias dabitur cui visere terras,
Te cantem numeris candide I A N E meis.
Iam tibi Pieria dant florida sertapuella,
Iamque venit studiis gloria partatus.
Et, si quid video, vicitrix signal laboris
Iam capis, & duro Miles ab hoste redis.
Cur ita? Musarum quia tu nutritus in antro,
Pegasidas Nymphas, nos ut amamus, amas.
Qui Musas solito semper veneratus honore es:
Dant tibi pro meritis, præmia digna, tuis.
In video, quali invidia, tibi dulcis Amice
In video patior tu quoque ritè mihi,

Michael Rub. Thasnadinus
in signum amicitiae. F.

